



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica  
Recapitvatio**

**Molanus, Johannes**

**Dvaci, 1616**

Vigesima septima lunij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9477**

Iunij 28.

NA T A L E S

Thomas Cantipratensis, in libro Apum. Quar-  
Lib. 2. c. 2 ta, ait, nostri temporis crux contra Stadingos pre-  
dicata est, quos in Theutonia Heinricus dux Bra-  
bantiae, cum suis, stravit.

Vigesima septima Iunij.

De sancto Adelino confessore.

Ex Martyrologio Cripinij, & vita Landelini.

**C**RISPINIJ natalis beatissimi A D E L I N I, con-  
fessoris Christi. Hic à B. Landelino, super  
fluum Hor constitutus, vt Christi athleta vitam  
virtutibus adornatam sedulò dicens, migrauit ad  
Christum. In quo loco sepultus fuisse creditur, vt  
miracula crebra monstrarunt, sed postea Crispinij  
translatus, cum magistro adesse monstratur.  
Fuit collega sancti Landelini cum tertio Romam  
peteret, eiusque in verbi Dei prædicatione, insi-  
gnis cooperator.

Vigesima octava Iunij.

De reliquijs sancti Benigni martyris.

Ex bibliothecis Vlerai etensum ecclesiarum.

**T**raiecti, beati Benigni martyris atque Pon-  
tificis. Hic propter corporis aut reliquiarum  
allationem, nouem lectiones habet vigilia sanctorum  
Petri & Pauli, in collegiatis ecclesijs beato-  
rum Martini & Petri.

Sed cuius beati Benigni hæ sint reliquæ, verus est con-  
troversia, nondum, quod sciam, resoluta. Ideo que eam in-  
decisam relinquo.

Constat autem reliquias allatas esse à Baldri-  
co pio,